



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Regula III. Sine possessione præscriptio non procedit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

556  
quād diutiū infeliciem animam decinent alligatam, cap. fin. & De consuetud. cap. penult. De consang. Et hæc ad eò obtinet, ut necesse sit, non tantum in initio præscriptionis bonam fidem possessorem habuisse, verum etiam in progressu & toto præscriptionis tempore; ob eamdem rationem, & per textus in d. cap. fin. De præscript. Quamvis aliud iure civili receperum sit, quo sufficit à principio bonam fidem habuisse, non autem ea necessaria est ad perficiendam sive comprehendam præscriptionem, l. usitata C. Densus cap. transform. l. Si aliena o. in princ. D. De usurp. & usucap. 9. diutina Inst. De usucap. Sed hoc iure non utimur, propter peccatum, quod provenit ex conscientia scialicen-  
dæ; cùm generaliter, ait Innocentius III. in generali Concilio Lateranensi, sic omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari, d. cap. fin. De præscript. Vehinc in Camera Imperiali hæc Regula nostra in multis præjudiciis comproba-  
ta sit, contra ius civile, teste And. Gail. lib. 2. Obs. 18, n. 7.

Ab hac tamen Regula excipitur casus in cap. 1,  
de præscripte, ubi Episcopus contra alium Episco-

pum triennio præscribit locum à se conversum ad Catholicam unitatem; cùm tamen non ignoraret eum esse alterius. Verum id sit auctoritate factorum Canonum, quibus cùm omnes Ecclesiæ subjectæ sint, & ab iis certar legem accipiunt, id certè, constitutæ potuerunt, ut res unius Ecclesiæ alterius justa causa acquiri possit. Itaque res alienæ fidem sustincent hoc casu faci Cæsares in favorem Catholicæ religionis.

Quâ ratione etiam hoc iure recte defendi poterunt præscriptiones carum rerum, quæ ob non solutum vestigia, vel aliud delictum, in commissum ceciderunt, etiam si is, qui possidet, intelligat eas ad fiscum speckare, l. 2, C. De vitiis. & commiss. cap. Cum secundum 19. De heret. lib. 6. Quid enim prohibet Principem rebus in fiscum suum illatis vel inferendis propter delictum, hanc præscriptionem imponere? aut peram, quam ipse statuit, certo modo abolere? nisi de contraria ejus mente aliunde constaret, utia specie cap. 2, De præscript. lib. 6, quâ in bonis hereticorum bona fides requiritur, quia id disertè ei-  
veribidem S. Pontifex.

### REGULA III.

Sine possessione præscriptio non procedit.

**D**educta videtur hæc Regula ex cap. Causam 7, de præscript. ex cap. 3, in fine De probatio-  
nib. Cui similis extat texsus in l. Sime pos-  
sessione 15. D. De usurp. & usucap.

Hac itaque Regula docemur, possessionem plane necessariam esse ad præscriptionem, non tantum iuxtam, verum etiam cùm demon-  
tinuandam & perficiendam. Si enim medio tem-  
pore, id est, ante completam præscriptionem,  
possessio interrupta fuerit, cessat præscriptio,  
cap. Illud 8, &c. Audit 15. De præscript. l. Naturaliter  
9. D. De usurp. & usucap. Quod duobus modis con-  
tingere potest; aut naturaliter, aut civiliter. Na-  
turaliter, cùm quis de possessione sua videatur  
vel possessor res mobilis eripitur, d. l. Na-  
turaliter. Item si res à mari vel à flumine occupa-  
tur, l. 3, § Labeal. Pomponias 13, in princ. D. De acquir.  
vel amitt. poss. Civiliter, hoc est, juris civilis aucto-  
ritate, cùm possessor in ius vocatur, vel cum eo  
litis contestatio sit. Nam per solam etiam cita-  
tionem interrupitur præscriptio xxx. anno-  
rum, l. 3, & l. Cum notissimi 7, in princ. C. De præ-

script. 30, vel 40, annor. per litis verò contesta-  
tionem ea, quæ longi temporis est, l. Mora 16, C.  
De rei vindic. Præscriptio verò triennalis neque  
citatione, neque litis contestatione impeditur;  
licer coepio judicio sine effectu currat, l. Si post  
acceptam 18, D. De rei vindic l. 2, §. D. Pro emptore; ex-  
cepis quatuor casibus quælibet recessetur, in l.  
2, C. De annali excepte addo Glos. & da add. cap. illud  
& Balbum in tract suo de præscript.

Is autem postulare dicitur, qui alicui rei suo  
nomine insultit, l. 1, in princ. D. De acq. vel amitt. poss.  
idque etiam solo animo: nam licet ad acqui-  
dam possessionem corpus & animus simul requi-  
ratur, l. 3, in princ. & l. Quemadmodum 8, D. iam  
d. tir. ad possessionem tamen retinendam sufficit  
vel solus animus, velut in eo, qui peregrinatus  
est, res suas domi reliquit, retinet enim hic  
animus possessionem, l. Clavis 6, §. qui ad nundinas l.  
Si quis ad 25, §. fin. & l. 3, §. in amittenda D. d. tit. 3.  
possidere Inst. De interd. Addidi, suo nomine. Etiam  
colonus, inquilinus, procurator, deposita-  
rius, commodatarius & similes, id est posse-

dere non dicuntur, quod non suo, sed alieno nomine in possessione sint, d. §. Possidere, l fin C. De acquir. poss l. i. C. Sicut vim vel alio modo, l. Quod meo: 8. D. De acquir. vel amitt. poss. ac proinde non præscribunt, l. 2. l. 7 in fine C. De præscript. 30. vel 40. annorum.

Porro verbum, *inſiſtāndi*, in hac materia etiam ad res incorporeas referri debet; ut sunt, actiones & jus decimandi, eligendi, conferendi beneficia Ecclesiastica, aliaque hujusmodi incorporealia, quæ & possideri (licet improprie) & præscribi dicuntur, cap. Ad aures 6. c. De quarta 4. cum similib. De præscript. c. 1. & c. 2 in 6. eodem tit. c. 3. De causa poss & propriet. c. Cum Ecclesia 31. De elect. l. 1. & l. 2. C. Deservit. l. 1. in fine C. De præscript. longit. temp. cum similib.

Illud, quod antea diximus, de continuatione possessiois, non tantum locum habet in eodem possidente, verum etiam in eius successore, sive in universalis sit, velut hæres, sive singularis, ut emperor, legatus, aut similis, §. diuinam cum §. seq. Inſit. De uſucap. d. l. Pomponius 13. §. ſed & legatio d. De acquir. vel amitt. poss dummodo persona media non intercederit, quæ continuationem interrupit, d. l. 13. §. Quæſitum. Quia & præscriptio à defuncto coepit, ante hæreditatis aditionem reſtè impletur, l. Coepit 40. D. De uſucap. c. 6. quod hæreditas, aut quam adēatur, personam defuncti ſuſtineat, l. Hæres 22. D. jam d. tit. l. Hæreditas 34. D. De acquir. rer. dom. Unde & vacuum tempus ante hæreditatis aditionem & noctam possessionem, prodest hæredi non possidenti, ad complendam præscriptionem, l. Numquam 31. §. vacuum D. De uſucap.

Non obſtarat textus l. Rerum mixta 30. §. Labeo D. de usurp. & uſucap. quo ait, Labeo: Si u. qui ad tectorum uel columnarum uſucaptionem decem dies ſuper-

effent, in adiſſum eas onſeciffet, nihilominus enim uſe- capturum ſed adiſſum poſſediffet. At ex Javolebo conſtat, huiusmodi adiſſum partes non poſſident, ſed ipsas adiſſas in l. Cum qui 2. D. eod. tit. de uſucap. Quā ergo ratione in hoc exemplo uſucap. o. procedit abique poſſessione? Reſpondebat Bartol. ad d. §. La- beo, hoc ſingulare eſſe in reſpoſto Labeonis, propter modicum tempus, quod ſupererit ad complendam uſucaptionem. Verūm hac reſpoſio, cum mera conjectura ſit, & pugnet cum l. Omni- buis & quaibi notant D. D. Diversis & temporali- præſer puto rectius nos poſſe dicere, regulas & co- lumnas per ſe poſſideri, licet adiſſo implicatae ſint; ſiquidem mobiles & per ſe permaneant adiſſo, ut in annulo & gemma, in quo verum eſt, aurum & gemmam poſſideri & uſucapi, cum utrumque maneat integrum. d. §. Labeo vers. quidēre. Hinc columnas alieas adiſib⁹ juncta vindicari poſtent a domino. d. l. Cum qui vers. ſin autem colum- na. Diversum eſt in tignis & lapidibus, quæ cum universitate domus poſſidentur & uſucapiuntur, nec eos vindicari permittitur, §. cum in ſuo Inſit verer diſiſ. Nec movet, quod in actionibus aliisque juribus incorporeis nulla poſſeſſio detur, l. Seguitur 4. ſi viam D. d. tit l. Servus 43. §. incorporeis D. De acquir. rer. dom. & tamen uſucapi ſe præſcribi dicuntur, l. l. i. De ſervitutib⁹ & q. l. Si quæ diuīnū O. D. Si ſervi vīnd l. fin C. De præscript. longit. temp. l. 4. C. De præscript. 30. vel 40. annor. cap. 1. De præscript. in 6. quia id verum eſt, ſi de poſſeſſione proprii d. ēta loquamur, quæ tantum eſt rerum corporalium: at cum rerum incorporeali- um quæ poſſeſſio ſit, cap. 3. De cauſa poss. & propriet. c. Si diligenti & de præscript. d. l. Signis diuīnū & l. penit. D. De ſervitutib⁹. ad ſimilitudinem corporali- um, etiam ha. quæ uſucapiuntur ſive præſer- buntur, d. l. i. C. De ſervitutib⁹. cum aliis ſup alleg.

## REGULA IV.

Peccatum non dimittitur, niſi restituatur ablatum.

**S**ententia D. Augustini eſt, ex Decretalibus, Subiecta, in cap. Cum tu s. deſuſur. hue tradu- cta. Eaque pertinet non ſolum ad reſuſto vel vi ablatas, ſed etiam ad damnum dolo vel cul- pâ datum, cap. fin. de injuriis, can. Si quæ de Clericis xii. quæſit. 2. cum his casibus ablata dicatur iphi- uſi rei commoditas, l. Cum Prator. 81. D. De verb. ag- nif.

Quare etiam Iudex, qui prelio vel precibus ductus, aut per imperitiam male judicavit, hæc regulâ continuabitur per text. in l. fin. C. De ſenātū. qui male judic. l. fin. D. De variis & extraord. cogn. ſicut & is, qui alium ſine iulta cauſa vulnera- vit; nam & hic ad reſtitutionem danni te- netur, id est, ad expensas in curatione vulneris fa- das, operasque, quibus curuit caritatuſe eſt,

Zzz

quod